

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4752

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

2437

## A S C E T I C I.

2438

P. I. Sec. I. Scriptt. Univ. Vien.  
p. 35.

Undecimum demum Opusculum in *Elencho* inscribitur: *Tractatus flecto genua per modum dyalogi*. Incipit fol. 191. p. 2. sic: *Flecto genua mea ad patrem domini mei ihesu christi &c.* clauditurque: *donec intret in gaudium dei mei Qui est trinus et unus &c.* Autor illius *Bonaventura* est, cujus *Opp.* T. VII. edit. *suprac.* p. 105. hac epigraphe occurrit: *Soliloquium de quatuor mentalibus exercitiis &c.* Habetur quidem T. VI. p. 4. *Breviloquium*, quod iisdem verbis exorditur, sed paulo post desleat. Illud hic monendum restat, tria prima supra censita Opuscula in *Bibl. P. P.* edit. *Lugdun.* T. XXV. p. 867. comparere sub nomine *F. Davidis de Augusta* O. M. *Luca Wadingo*, ut ibi notatur, in *Script.* sui Ordinis ita nodum secante, ut dicat, primam eorum texturam *Bonaventurae* adscribendam, incrementum vero et quodcunque in methodo discrimen *Davidis de Augusta* tribuendum.

In calce Codicis legitur: *Explicit arra anime per manus Georji Anno domini. M. CCCC. XXIII. in die sancti Barnabe apostoli.* Tribus itaque diversis, ut vides, titulis ultimum Opusculum olim ferebatur; quibus supra ex *Cod. XC.* quartum addere poteris. Thecae Codicis interius adglutinata sunt I. *Litterae Guilhelmi* Ep. Anconitani executoris mandati Apostolici, quibus potestatem facit *Abbatii monasterii in Runa* Ord. *Cist. Salzburg.* *Dioec.* absolvendi ab *ex-Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

communicatione *Jacobum de Eccling* alias dictum *Reichem*, dummodo assentiatur *Bertoldus Alber* dictus *Ungherlein* Rector Parochialis Ecclesiae S. *Johannis.* *Dat. Basilee clauastro fratrum predicatorum sub anno domini millesimo tricentesimo octuage - -* (Cetera abscissa sunt, sed ex anno Pontificatus supplendum octavo) *lune quarta mensis Novembris Pontificatus sanctissimi domini nostri Urbani P. P. VI. predicti. anno decimo.* II. Epistola *Alberti Ducis Austriae* ad *Ulricum de Walse* Stiriae Praefectum germanica, qua ei litis compositionem inter duos fratres committit. *Der prief ist geben* (notae chronicae abscissae) *nach dem Perchttag*, i. e. post. Epiphaniam. III. Consignatio status oeconomici Monasterii *Sitticensis* O. *Cist.* in *Carniolia*, quae incipit: *Anno domini Millesimo Tricentesimo Nonagesimo Primo sexto Idus decembris nos fr. Petrus Abbas* (abscissum *de Runa*) *filie nostre Sitich nobis in cristo dilecte visitationis impendentes officium &c.*

## DCXXXVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. 639  
Folior. 124. 4. nitide perscriptus sequentia continet: I. *Incipit liber qui tractat de forma et modo honeste et bene vivendi religiosorum. Et primo quantum ad hominem exteriorem respectu Noviciorum Siue Incipientium. Secundo quantum ad hominem Interiorem respectu Professorum. Proficientium aut eciam Perfectorum &c.* Initium: *Primo sem-*

2439

## C O D I C E S

2440

*semper debes considerare ad quid veneris &c.* Inter Opuscula Bonaventurae, T. VII. Lugd. 1668. f. inscribitur f. 613. *De Institutione*

*Nouitiorum Pars Prima.* Tituli Capitulum variant, et in C. XIII. *De Cella* Codex interferit Verficulos 27. qui incipiunt:

*Summa quies cella. sugarine virga tenella.*

*Fixa sub ascella. Dans stultis dura flagella &c.*

et absunt ab editis. Finis: *Castus sis in omnibus.* Vide et *Indicem.* Fol. 78. *Incipit altera Pars seu modus honeste et bene viuendi in religione professorum et proficiencium aut eciam perfectorum.* Initium: *In priori formula nouitiorum quam tibi nouicio scripsi &c.* Apud Bonaventuram T. cit. p. 558. dicitur: *De Profectu Religiosorum Liber Primus;* comprehendit vero in Cod. etiam *Secundum*, qui in *Edit.* p. 574. habetur, non tamen integre; deficit enim in his *Cap. LXIV. De Laudatione Dei* verbis: *tanto verius laudatur et ardentius amatur.* Capitulum praeterea *Divisio et Επιγεαφαι* multum variant. Extare haec etiam sub *Davidis de Augusta* O. M. nomine jam alibi monui. Vide *Cod.* praeced. et in *Indice.*

II. fol. 155. *Incipit libellus seu tractatus de instructione Nouitiorum Secundum modum viuendi in ordine fratrum Predicatorum compilatus et ordinatus in conuentu parisiensi. per fratrem.* Nomen retulit Librarius, nec facile illud ex *Ordinis Bibliotheca* eruitur. Constat Opusculum *Capitibus XII.* cum *Adpendice de Modo orandi Nouitiorum.* Primum inscribitur: *De Modo Recipiendi eos ad ordinem,* et insit: *Convenientibus fratribus ad capitulum cum illo qui praest.*

&c. Deinceps de Modo eos instruendi, de eorum Confessione, Studiis, Choro, Dormitorio, Cellis, Capitulo, Refectorio &c.

III. fol. 167. *Incipit alia informatio religiosorum scripta et ordinata per sanctum bern. abbatem quondam in clara Valle monasterio Cisterciensi. Ordinis.* Initium: *Si quis emendacionis vite desiderio tatus intrinsecus &c.* Arnulphi de Boberis Monachi Cist. est, in *Tisserii Biblioth. Cist.* T. VI. p. 138. inscripta *Speculum Monachorum.* Extat tamen etiam inter *Bernardi Spuria* edit. *Mabill. Paris.* 1690. T. V. col. 799. f.

IV. fol. 168. p. 2. *Incipit formula quedam honeste et deuote ac ordinate viuendi quam fecit et scripsit beatus bernardus ad quendam Monachum sui ordinis.* Initium: *Petis a me mi frater karissime &c.* Spuria et ipsa, ut dictum ad *Codd.* plures.

V. fol. 170. p. 2. *Hic nota quomodo frater morti proximus debet interrogari et eciam respondere.* Dein: *Annonicio Sancti Wilhelmi archiepiscopi ad fratrem proximum morti.* Rescribe *Anselmi Cantuar.* et adi, si vacat, *Cod. DCXXXVI.*

VI. fol. et p. iisd. *Incipit informacio quomodo religiosus quilibet diuersas passiones christi pro singulis*

2441

## A S C E T I C I

2442

*lis Horis canonicis debeat meditari et sic deuote ac utiliter expendere tempus suum. Initium: Cadente Horologio mox in momento et quasi in istu oculi surgens statue in animo tuote audire vocem illam terribilem, que fiet in iudicio. Surgite mortui &c. Tituli piae hujus Meditationis sunt: Misericordia captiuat. veritas iudici presentat. Paciencia flagellat. Obediencia crucem ornat. Caritas vulnerat. Iusticia deponit. Humilitas sepelit. Si Opusculi sequentis Inscriptio sincera est, praesentis notitiam non habuere Quetifus et Echardus.*

VII. fol. 108. Incipit Epistola eiusdem fratris Humberti (de Romanis) Magistri ordinis quinti predicatorum. quam scripsit de tribus substan. (Votis) ordinis et de quibusdam aliis virtutibus. Et per totum ordinem ad prouincias singulas Eam misit. Initium: Filijs gratie et coheredibus glorie fratribus karissimis &c. Editiones et Codices hujus Epistolae enumerant supra dicti Bibliothecarii T. I. p. 147.

## DCXXXIX.

65 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 247. f. per duas columnas caractere crasso, anguloso non ineleganter scriptus et picturatus complectitur I. Opus asceticum de Eruditione Religiosorum in Libros VI. distributum, quorum ὀκονομικῶν damus ex Fol. I. p. 2. Primus liber est de gratia educationis Religiosi de seculo facta. Secundus liber ostendit quomodo Religiosus debeat se habere ad corpus

suum. Tertius liber ostendit quod multum temptantur Religiosi seculum relinquentes. Quartus liber ostendit quomodo Religiosus debeat ordinare animum suum. Quintus liber docet quomodo Religiosus debeat se habere ad proximum. Sextus liber est de quiete mentis in deo quod est excellentissimum bonum. Sequitur Praefatio hoc rubro: Incipit prologus in librum eruditionis religiosorum. Erudire ierusalem ne forte recedat anima mea à te &c. Sub finem autor genus vitae suae manifestat: Ego in ordine fratrum predicatorum minimus de benignitate saluatoris non de propriis viribus confisus presens opus ad dei gloriam et humilium profectum compilare volui. Prologo succedit nova Librorum in Partes, et Partium in Capitula divisio, et tandem Opus ipsum hoc initio: Qui gratiam acceptam non agnoscit de ea gratias non agit et eius amissione reddit se indignum et alterius gratie susceptione indignum. Finis Libri ult. o quam gloriosa dicta sunt de te civitas dei &c. Explicit liber eruditionis Religiosorum. Benedictus deus qui incepit et compleuit. Tractatus hujus vere pii et lectu digni, qui subin et de institutione Religiosorum inscriptus fuit, autorem quaedam Mspta et Editiones produnt F. Humbertum de Romanis generalem O. P. Magistrum. At Quetifus et Echardus T. I. Scriptt. Ord. Praed. p. 134 magno vetustissimorum Codd. manu exaratorum consensu illum alteri Sodalium suorum, pluriumque operum autori F. Guiljelmo Peraldo sive de Petra alta;